



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/312646>

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

SAINT JOHN THE BAPTIST

25?

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI VAN HALL,

ORD. LEON. NEDERL. EQUITIS, ORD. CORON. QUERN. DECURIONIS,
JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS GOTHOFREDUS HOUCK,

Daventriensis.

A. D. IV MENSIS DECEMBRIS, ANNI MDCCCLV, HORA III.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD POST UITERWEER & SOC.
MDCCCLV.

T H E S S.

I.

Jusjurandum in litem minime in omnibus bonae fidei actionibus admittitur.

II.

In al. ult. l. 11. § 5 D. de his, qui not. inf., verbum *se* delendum est.

III.

Exceptio rei judicatae non obstat vindicationi, si in priori petitione causa erat adjecta vel expressa.

IV.

Servus ex Coloniis nostris, in Patriam veniens, sec. art. 2, al. 2, C. C. liber factus, postea in Colonias rediens, liber ibi manet.

V.

Mulier Neerlandica, nupta peregrino, matrimonio dissoluto, qualitatem mulieris Neerlandicae recuperat a die denuntiationis et non a die redditus.

VI.

Minor, patre carens, matre tutelam non gerente, domicilium tutoris sequitur.

VII.

Curando, in art. 488, al. 4, C. C. memorato, testari non licet.

VIII.

Art. 966 C. C. abundat.

IX.

Recte in Cod. Civ. nostro omissa est *Rescissio propter laesionem enormem*, quae invenitur adhuc in artt. 1674—1685 C. N.

X.

Hereditate vendita, jus accrescendi ad emtorem non ad venditorem pertinet.

XI.

Sequestratio, in art. 1768 C. C. memorata, ab omnibus partibus litigantibus fieri debet.

XII.

Errat Doctiss. DE MARTINI (*de Nederl. Wetgeving*, pag. 879), dicens ad art. 4, n^o. 4, C. M.: »*Pachters of aan-nemers van de straatvuilnis en haardasch vallen wegens deze hunne betrekking in die ondernemingen (entreprises), welke de wet verklaart te zijn daden van koophandel.*”

XIII.

Mercator non cogitur habere libros in art. 6 in fine
C. M. memoratos.

XIV.

In Jure nostro hodierno verbis: *schepen*, *vaartuigen*
non comprehensae sunt *rates* (houtvlotten).

XV.

Si auctor libelli famosi in Patria nostra in jus vocari potest, cessat actio contra typographum et editorem.

XVI.

Qui alienum quid invenit et nullo animo sibi habendi illud sustulit, postea vero mutata voluntate retinuit, jure nostro furto obnoxius non est.

XVII.

Verba: »*Force à laquelle il n'a pu résister*» in art. 64 C. Poen. etiam intelligenda sunt de vi morali.

XVIII.

Vitam in summa necessitate in nonnullis casibus etiam cum caede tertii, ejusque innocentis, defendere licet.

XIX.

Al. 2 art. 46 Legis diei 6 Martii 1852, de re venatoria (*Stbl.* n°. 47) non spectat ad artt. 45 et 51 ejusdem legis.

XX.

Proxenetae eligendi sunt a Senatu, non a Consule et Adssessoribus municipii.

XXI.

Sancta est persona legati; sancti sunt ejus comites.

XXII.

Privilegia (*octrooijen*) industriae auctoribus concedenda, industriae nocent, et omnino improbanda sunt.

XXIII.

Lex nuperrime Lutetiae Parisiorum condita, qua
pretium carnis definitur, est impedimentum industriae
et nocet consumentibus.

XXIV.

Literae industriae professoribus concedendae (*paten-*
ten) premunt industriam.